UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Digesti Novi

Bartolus

Lvgdvni, M.D.LXVII.

Via publica [et] itinere pub. frue[n]do.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

a fiat nullum intereſſe eſt hic. Videte domini, Ego† credo ꝙ iſtud interdictum non poſſit proponi, niſi quando aliquis incepit edificare, ita ꝙ habeat aliquod inſtar operis. l. ſtipulatio. §. opus. ſ. de noui ope. nũc. ideo poteſt agi, ne fiat ad intereſſe pro eo quod eſt factum. ita debet intelligi iſte §. Et puto quod debes libellũ
b formare iſto modo. Dico, ꝙ† talis incepit edificare in tali loco publico. ſeu via publica, per quod iter, vel via deterior fit, quare peto ipſum ꝓhiberi iſtud opus facere, ⁊ cogi ad cauendũ ne fiat ⁊ ipſum cõdemnare ad intereſſe meum, in eo, quod eſt factũ, hoc probatur hic. ⁊ ſ. ead. l. §. ſi quis nemine in fi. §. De hoc etiã videbitis j. ead. l. §. pen.

1 ☞ Verbum habere, refertur etiam ad conductorem.

§. Hoc interdicto. Not. in iſto §. ibi, habere eũ dicimus, ⁊c. ꝙ† habere dicitur quicunqꝫ fruitur vſu poſſeſſionis, ⁊ ꝙ verbũ, habere, refertur etiam ad conductorem tantum. De cuius ſignificatione habetis in l. ſtipulatio iſta. §. habere licere. j. de ver. oblig.

a §. Idem Labeo. Ab iſto §. incluſiue vſqꝫ ad §. hoc interdictum. locũ habet. nihil ſuper eis dixit.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Idem Labeo. Ad iſtum §. vide no. in l. in prouinciali §. fi. ſ. de oper. noui nunc.

1 ☞ Interdictum ne quid in loco publ. eſt populare, licet quilibet poſſit agere pro intereſſe ſuo.
2 Libellus in interdicto ne quid in loco pub. qualiter formet tam contra edificantẽ in publico, ꝗꝫ contra tenentẽ opus in publico.

§. Interdictũ hoc tẽporariũ. Hic eſt gl. fortis. Dicitur. ꝙ hoc interdictum continet intereſſe actoris ⁊ rei. Idem dicitur ſ. ea. l. §. hoc interdictũ perpetuũ. Idem dicitur hic, ꝙ hoc interdictũ pertinet ad publicam vtilitatem, in d. §. hoc interdictum. dicitur, ꝙ eſt populare, ergo non intereſt actoris, ſed reipublice: ergo male dixit tex. cũ dicat referri ad intereſſe agentis. Huius timore prima gloſ. ponit hic
1 tres opi. Prima, † ꝙ hoc interdictum eſt populare, q2 continet publicam vtilitatem principaliter, ſed vtilitatem priuatam cõtinet ſecũdario: ⁊ ideo licet vnus de populo egit, ⁊ obtinuit pro intereſſe ſuo, tamen alius poteſt pro ſuo intereſſe agere. Hec lec. placet mihi. ⁊ probatur j. eo. l. pen. vbi dicit, quod in interdicto poteſt conſtitui procurator: ergo quis proſequitur propriũ intereſſe, ⁊ hoc placet multum. Tu dices, ſi propriũ intereſſe proſequitur, ergo non eſt populare. Reſpond. vt dixi vobis, principaliter inſpicitur publica vtilitas, ſecũdario intereſſe priuatũ, ⁊ hoc intereſſe vel eſt de futuro, vel ſperatur eſſe, q2 dubito ne dãnificet in futuro, vel eſt de preterito, q2 iam ſum damnificatus, ⁊ hec eſt alia opi. pro quolibet iſtorum poterit agi, ⁊ nihilominus petam opus tolli, ⁊ hoc eſt ꝙ continet publicũ, ꝙ opus tollatur.
2 Erit ergo libellus† ſic formandus, dico cõtra talem, ꝙ ipſe habet, ⁊ tenet tale edificium, quod eſt factũ in via publica, propter quod edificium dicta via fit deterior, ex quo edificio ſum damnificatus in tantum, ⁊ eſt veriſimile me damnificari in futurũ, quare peto ipſum condemnari ad tollendum dictum opus, ⁊ reſtituendam ipſam viam in priſtinum ſtatum, ipſum que mihi condemnari ad quantitatem predictam, in qua damnificatus ſum, cum tantum interſit mea dictum opus factum non eſſe, ⁊ quatenus mea intereſſe pendente iudicio. Predicta vera, ſi is tenet edificium factum in via publica, qui fecit: ſed ſi tenet alius, tunc debet concludi aliter, videlicet, quod ipſe preſtet patientiã deſtruendi opus, ⁊ quod condemnetur quatenus actoris intereſt pendente iudicio, ex eo ꝙ denegat preſtare dictam patientiam vt vidiſtis ſ. proxi. §. Alij dicũt, ꝙ hoc operatur intereſſe totius populi, quod non placet, q2 ſm hoc non poſſet conſtitui procurator ab actore, qđ eſt cõtra l. pen. j. eo. ſed pro intereſſe publico deberet intẽtari actio a ſyndico cõis, ⁊ hoc eſt qđ dicit tex. quanti actoris interſit, ⁊ ideo refert ſe ad intereſſe actoris nõ populi.

LEX V.

1 ☞ Cautio, quod opus in publico factum tollatur, quo iure vt preſtetur, agatur.

SI per publicum. Quero, a quo debet caueri. Rñd. a republica, ſi ab ea factum eſt opus, vel a priuato. Quero, quo iure petatur iſta cautio: Hic videtur dicere, ꝙ ex lege xij. tab. Tu dic, aut quis vult petere cautionem, vt caueatur de damno infecto, ⁊ fiet iudicis officio. l. inquilino. ſ. de dam. infe. ⁊ l. v. in prin. de ver. oblig. Aut dolo agere, ꝙ damnũ mihi emendetur, vel opus mihi deſtruatur, ⁊ tunc agam condictione ex lege, que erat ex quadam lege antiqua ante legem
1 Aquiliam. l. j. ſ. ad leg. Aquil. hodie agetur † actione in factum ſubſidiaria legis. Aquilie. hoc dicit gloſſa.

LEX VII.

SIcut is. Sic pone caſum ſ. eod. l. ij. §. ſi quis nemine. Dictum eſt, quod id, quod fit in loco publico non debet deſtrui, ne vrbs deformetur ruinis, in d. l. ſecunda. §. pretor ait. dicit, ꝙ debet. Sed quomodo ſoluuntur iſte contrarietates: Solut. illud dicit generaliter, ſcilicet in loco publico hoc particulariter, ſcilicet in via publica. Quero, de quo edicto loquitur hic: Dic de eo, ne quid in loco publico, vt lege ſecunda, §. pretor. vel aliter vt dicit glo. Sed prima magis placet.

De loco publico fruendo. Titulus. ix.

LEX I.

1 ☞ Conducens a priuato non habet actionem, niſi conducat ad longum tempus.

PRetor ait. Optima eſt, ⁊ totus ti. No ꝙ cõductor ſocius, licet nõ
1 conduxerit, hꝫ hoc interdictũ, qđ eſt vtile. † Not. ꝙ conducens a priuato non habet actionem, niſi conducat ad longum tempus, vt j. de ſuperfi. l. j. §. qđ autem ait. Sed qui conducit a republica habet incontinenti etiam ſi conducit ad modicum tempus, ⁊ intellige, habet actionem ſcilicet ad retinendã ſuam poſſeſſionẽ ex hoc interdicto. An autem haberet ad retinendũ in rem vtilem: Hic videtur gl. quod ſic, ſed in l. j. in fi. ſ. ſi ager vec. vel emphy. pet. videtur dicere contrarium: ſed tamẽ iſtud plus mihi placet. Dicam plenius in d. l. j. §. qđ autem. de ſuperfi.

§. Interdictum. No. ibi, magis eſt vt ipſe cõductor. ꝙ directa preferatur vtili. De quo dixi plene in l. qua ratiõe. §. litere. de acqui. rerũ domi.

De via publica, & itinere publico reficiendo. Tit. x.

LEX I.

1 ☞ Via ampla quandoqꝫ eſt deterior ſtricta, ⁊ cur.
2 Strata proprie dicit via matonata lapidibus viuis, vel coctis.
a PRetor ait. a Not. hic duo. Primo, † ꝙ
1 quandoqꝫ eſt deterius, viã eſſe multum amplam. ita vides hic, dum dicit, latiorem. In quo autẽ iſta deterioratio ſit ſi eſt magis ampla, cogitabitis, tamẽ dico vobis, ꝙ ego vidi in quadam ciuitati cum ibi eſſent multe vie ample, poſita fuit neceſſitas hominibus circum habitantibus occupandi ⁊ reſtringẽdi eas. Ratio, quia quãdo tumultus erat in ciuitate propter viarum latitudinem, ciuitas reddebatur debilior ad defendendum, ⁊ hoc fuit in ciuitate Calij. †. Secundo
b no. quid eſt dictum, ſtrata. b Certe proprie dicitur ſtrata via matonata lapidibus viuis, vel coctis, vt hic vides: tamen in ciuitate iſta appellatur via regalis, ſeu via conſularis.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Pretor ait. Quid ſi probatur per longum tempus populum iuiſſe per talem viam, an ſit probatum viam eſſe publicam: Dic, ꝙ non: ⁊ not. in l. j. §. j. ſ. de his qui deie. vel effu. ⁊c.
b ¶ Dictum ſtrata. Probat etiam iſte tex. ꝙ appellatione terreni non venit terrenum lapideum. Adde tex. in l. j. §. fin. de riuis ⁊ per hanc differentiam inter viam, ⁊ ſtratam vide id qđ no. infert Bart. in l. pe. C. de priui. domus Augu. lib. xj.

LEX II.

1 ☞ Facultati eundi per viam publicam non preſcribitur.

VIam publicam. Oppo. de l. omnes. C. de preſcrip. xxx. an. gl. dt, ꝙ eſt ſpãle. Tu dic, ꝙ nõ eſt ſpeciale, q2 illa lex di
1 cit, ꝙ cuilibet iuri preſcribit xl. annis, ſed poſſe † ire per viam publicam non eſt ius. ſed quedam facultas, l. ij. §. viã. ſupra ne quid in loc. publico. ideo huic facultati nũquã preſcribitur. Ita tenet Gul. in l. ſi rem, §. omnes. de pigno. act. ⁊ Cy. in l. cum notiſſimi. §. illud. de preſcrip. xxx. annorum.

LEX III.

1 ☞ Officiali creditur in maleficijs minimis.
2 Purgare viam debet quilibet iuxta ſuam domum.
3 Conductores tenẽtur purgare viam expenſis penſionis, ⁊ quid in gratis habitante.
4 Morticinia in via proijcere non licet.
5 Interfectus ante domum alicuius, ibi preſumitur interfectus, ⁊ eſt preſumptio contra dominum domus.
1 AEDiles. No. ibi, ab obuiãte. † ꝙ in maleficijs mi
2 nimis creditur officiali. Dixi in l. Di
3 uus. de cuſto. reo. Secũdo no. † quẽlibet debere pur
a b gare a viam iuxta ſuam domum. Tertio. no. b ꝙ † ꝯdu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ctores coguntur ad viam purgandam, tamen expenſis penſio-
nis. Sed ſi gratis habitant, dico idem ſi purgatio eſt talis, que
pertineat ad vtilitatem momentaneam: ſed ſi ad perpetuam. ſe
c cus. l. iij. §. j. ff. de impenſ. Quarto nota[c] hic, † ꝙ non licet proij-
4 cere morticina in viam: quod facit, † quando reperitur quidam
5 de nocte interfectus[d] ante domũ tuam, vtrum preſumatur in-
d terfectus ibi, vt vicinia teneatur, quia non cepit malefactores, ⁊
an ſit preſumptio aliqua cõtra dominum domus: ⁊ hoc facit, ꝙ
ſic: quia omnis iſta purgatio pertinet ad eum, qui habet domũ
prope. Si aliter conſtaret alium proieciſſe, nõ pertineret ad eũ,
dicam in l. ne quis. de incend. ruina naufrag.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Debere purgare. Et quomodo debet fieri iſta purga-
tio viarum, vide plene in l. ij. C. de immu. nemi. conced. lib. x.
b ¶ Tertio no. Adde Bal. in l. iij. C. de act. ⁊ obli. in l. j. C. de he.
vel act. ven. facit quod not. Bal. in l. j. C. de iure emphyt.
c And. Barb. ¶ Quarto not. Quod videtur nimis durũ, ſed po
teſt forte dici hoc verum, ſi dominus domus fuiſſet conſuetus
committere talia, vel eſſet male vite, ⁊ gl. in l. inciuile. C. de fur.
An autem preſumatur occiſus ab inimico, addo ꝙ poterit tor-
queri, vide Spec. in tit. de preſcrip. §. j.
d ¶ Interfectus. Quod intelligit verum Rom. in l. j. §. hoc reſcri
ptum. ff. ad Syl. ſi ille conſuetus erat talia facere: arg. l. inciuile
C. de fur. vide que dixi in l. fi. j. de queſtio. ⁊ Bal. i l. iij. §. cogno-
ſcit. ff. de offic. prefecti vigil.

LEX IIII.

1 ☞ Actio vie reiecte eſt in factum ex hoc edicto.
2 Vicini tenentur pro via deſtructa, quando deſtruens nõ eſt ſol-
uendo.

SI in agrum. §. Qui viam.

1 Que † ſit actio vie reiecte: dic vt glo. puto tamẽ, quod
non ſit actio per ſe, ſed eſt actio in factum ex hoc edi-
2 cto vel per legem Aquil. † Quid ſi ille qui deſtruxit viam publi
cam non eſt ſoluendo: Dic ꝙ tenentur vicini, vt ſ. eod. l. ediles.

De fluminibus. Titulus. xj.

LEX I.

AIt pretor.

No. de optione vicinie, ⁊ cõ
trate. de quo dixi in l. de mi
nore. §. plurimum de queſt. Item no. quid dici
ur flumen.

§. Ripa. Not. quid eſt ripa, de quo j. eod. l. penult. ⁊ fin.

1 §. Si foſſa. Eſt argumentum, ꝙ † foſſa mei molendini
ſit publica: eſt enim foſſa manu facta p quã
currit aqua. quod qualiter intelligatur, dixi in repetitione, quã
feci de l. quominus. j. eod.

a §. In publico flumine.[a] No. ꝙ dictio in, de
1 notat † intrinſecita-
tem quã deſeruit ablatiuo caſui, de cuius dictionis natura dixi
plene in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. ⁊ poſthu. Facit ad que-
ſtionem aliquis percuſſus fuit in limine domus. vtrum dicatur
percuſſus in domo. Dicam j. de cloac. l. j. §. hoc interdictum.

ADDITIO.

a And. Barb. ¶ In flumine. An autem villa teneatur, ſi ignora-
ret malefactorem vide plene de hoc per Lud. in l. j. §. hoc reſcri
ptum. ff. ad Syllan.

i §. Non autem. No. † non debere aliquid fieri in flu
mine publico, per ꝙ noceatur alij. ꝙ
facit ad materiam molendinorum. De quo dixi plene in repeti-
tione l. quominus. j. eod.

a §. Labeo.[a] Tu habes ex hoc §. notabili, quod † ſicut ex
inepta actione propoſita, quis ſuccumbit, ita
b ſi proponit[b] exceptionem inepte, ita dicit tex. not. hic. Pro hoc
facit qđ not. Spe. de exce. §. viſo quãdo. circa prin. ⁊ l. plane. ff.
pet. he. ⁊ no. Cy. de rei ven. l. domum. Dicã plene. j. de exce. l. j.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Labeo. Vide aliquid per Bar. ⁊ Moder. in l. Titie te
xtores. ff. de leg. j. Circa iſtũ §. in quo habes, quod ſicut inepte
agens, ita inepte excipiens ſuccumbit. Adde, ꝙ idem eſſet. ſi ob
ſcure exciperet, quia perinde eſt ac ſi non exciperet, vt no. Bar.
⁊ doctor. in d. l. Titie. Et dicitur obſcura exceptio, quãdo bene
non poteſt intelligi. l. ij. de his que pro non ſcrip. ha. Et ſic facit
ſm Bald. in d. l. Titie. contra communem practicam aduocato
rum, qui ſubdunt ꝙ omnes alias exceptiones competẽtes obij-
ciunt. Nam dicta clauſula nil videtur operari, ex quo ſpecifice
non apparet de qua exceptione ſit ſenſum. Pro quo bene facit l.
ſcire oportet. §. ſcire autem. ff. de excuſ. tut. Et ꝙ excipiens non
poſſit aliquid declarare vigore dicte clauſule. facit quod no. gl.
in c. paſtoralis, de except. tamen poteſt eſſe ſm Bal. quod opera
tur, vt non videatur ſe reſtrinxiſſe ad exceptiones propoſitas,
ꝙ poterit alias proponere in termino. facit qđ habetur Inſtit.
de execu. tu. §. qui autem. ⁊ in l. propter litẽ. §. j. de execu. tut. ⁊ ꝙ
not. in l. diuus. ff. de re iud. Et ſm hoc videtur. ꝙ ſi aliquis exci
piat contra teſtes, quod corrupti falſum dixerunt, licet tunc vi-
deatur ſe reſtringere ad probandum vtrunque d. l. diuus. tamen
hoc erit verum, niſi ſit additum, ꝙ proponit omnes alias exce-
ptiones ſibi competentes. ⁊ vide Imol. in d. l. Titie. ad hoc not.
facit l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. ⁊ ad iſtũ tex. vide Bal.
not. in l. j. ad fi. C. vnde vi. ⁊ in l. edita. C. de edẽ. ⁊ in l. j. circa prin.
C. de condict. ob tur. cau. Sed nunquid ſicut quis poteſt redire,
ad viam aptam in actione. c. examinata. de iudic. ⁊ l. i. ff. ſi mẽſor
fal. mod. di. ⁊ l. libellorum. §. ꝙ ſi libelli. de accuſ. ita ſit in exce-
ptione, clem. conſtitutionem. de elect. facit quod nõ. quod intel-
lige verum, cum poſt terminum peremptorium voluerit corri-
gere, ⁊ ſupplere. Nam etiam accuſans inepte non poſſet. l. accu
ſatus. de adulte. ſecus eſt credendum, ſi hoc facere vellet intra
terminum, ⁊ apte concipere quod inepte deduxit: ar. d. §. quod
ſi libelli. Ita dixit Pet. de Anch. in d. clemen. cõſtitutionem. ⁊
Bal. in l. edita. C. de eden. Et quid ſi exceptio eſt inepta. ſed pro
batio eſt apta. vide Bal. in l. j. de iuriſdict. omnium iudicum.
¶ And. Barb. Et vide quod not. in l. ſcire oportet §. ſcire. ff. de
exc. tut. Bar. in l. Titie textores. de leg. j. ⁊ latius in l. j. j. de exc.
¶ Nom. Vide Fely. in rub. extra de excep. ver. ſufficit omne. ⁊
Card. Alex. in proe. Decr. ⁊ Old. conſi. cexx. Alex. in l. ſi patro
ni §. qui fideicom. ff. ad Trebel. ⁊ Barb. in c. Rodulphus. de re
ſcript. poſt do. Ant. ibi, ⁊ in terminis illius textus dicit eſſe opi.
non poſſe conueniri vigore talium literarum, non autem illas
non valere, quia ita inepte exciperetur, cum valeant litere, licet
non poſſit per literas ciuitatenſis cõueniri. ⁊ ibi dicitur. ⁊ Alex
conſi. xliiij. vbi loquitur in exceptione obſcura.
b P. Pau. P. ¶ Si proponit. Vide Fely. in c. paſtoralis. verſi.
ſingul. gl. de except. in rub. eo. tit.

LEX. II.

QUominus.

Iſta lex eſt vna de repet. ideo
hic non dico. videatis in repe-
tione. Vide gl. que incipit, non tamen per viam, ⁊c.
⁊ in fi. glo. Hanc queſtionem tangit glo. in l. ſi quis ex
argetarijs. §. ſi initium. de edem. ⁊ in l. ſi manifeſte. C. de ſeruit.
⁊ aqua ⁊ ibi per Cyn. ⁊ Bartol.

Sequitur repetitio eiuſdem legis.

1 ☞ Aqua de flumine publico nõ nauigabili, licet poſtea intret
flumen nauigabile, licite ducitur.
Bononienſes licite ducunt aquam de flumine Rheni, cum poſt
intrat Padum.
2 Habens molendinum in flumine infra, quando poſſit alium fa-
cientem molendinum ſupra impedire.
3 Habere edificiũ in flumine publico quis licite dicitur, ſi habet
ex principis, vel ſenatus reſcripto, vel quã licite habeat nu. 5.
Reſcriptum tale. an debeat habere clauſulam, non obſtante ta
li lege, remiſſiue.
4 Item habet licite ſi lege municipali permittitur. ⁊ condita a ci
uitatibus que habent ex priuilegio, preſcriptione, vel conſuetu-
dine merum imperium.
5 Item ſi habuit tanto tempore, ꝙ memorie non extet.
6 Damnum non pati, ⁊ lucrũ non capere, non procedunt a pari.
7 Faciens illicite reſpectu iuris publici poteſt a quolibet prima-
to impediri ſecus ſi reſpectu priuati quia ille ſolus impedit.
8 Qui facit edificium in flumine infra, per quod aqua reſtagnatur
⁊ impedit meum molẽdinum quod eſt ſuperius, poteſt a me pro-
hiberi.
9 Quo iure agatur contra illum qui edificat ſupra vel infra, ita ꝙ
meum molendinum impedit.
10 Si vnus hodie incepit laborare in flumine ⁊ ducere aquã alius
cras. primo incipiens poteſt ſecundum prohibere. ſi opas proſe
quitur, ⁊ aqua non ſit ſufficiens vtrique ad eum vſum, ad quem
ducitur. nu. 12.
11 Opus ceptum quando quis dicatur proſequi.
12 Si duo inceperunt eodem tempore fabricare, vel vnus primo,
alter poſt, cum de primo ignoraret, vſus aque communicature
vel forte dirimitur temporibus, ⁊ menſuris prout poteſt.
13 Cautela pro illo qui primo incepit fabricare in flumine publico
pro occupando aquam.
14 Faciens molendinum in flumine publico ꝙ non poſſit immitte-
re tigna in ripã vicini, pro faciendo cluſam eo inuito.
15 Riparum proprietas eſt ipſorum, quorum predijs adheret, li-
cet vſus ſit publicus.

Non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN